Et per totam illam ebdomadam, qua Domini passio recolitur vel celebratur, omnium artuum dissolutione acriter fatigatur a Deo, ut de eius recuperatione desperare cogeremur. Cerneret

1) Im Westen der Stadt, südlich der alten Via Aureliana, die nach dem Meere führte. 2) 'urbis' hs. 3) Ursprünglich 'malfiticus', 'ie' durch Punkte getilgt und in 'an' corrigiert. 4) Vgl. über ihn Giesebrecht, D. Kaiserzeit II⁵, 411. 5) 4. März. 6) 12. April.

tunc lugubrem domum et madentes parietes flumine lacrimarum. Unusquisque nostrum, in quo loco consedisset, inditia mesti pectoris relinquebat, cum ille vir piissimus nos merentes consolari studeret, verba beati Ambrosii recolens ita dicentis¹: 'Non ita actenus inter vos vixi, ut me pudeat vivere, nec mori timeo, quia bonum dominum habemus'. Et ad semet ipsum rediens gaudebat de securitate suę conscientię, illud memorans divinę scripturę²: 'Licet non omnes sint filii, qui flagellantur, nullus tamen, qui non flagelletur'. Adfuit et tunc religiosi papę Clementis pia visitatio et domni Laurentii archipraesulis conlocutionis non dissimilis relevatio, quid! infinita. Transierunt illi dies absque ullius letitię amminiculo. Paschali vero sabbato mundo apparente Odilo beatus sustinens et non lasescens de suo stratu surrexit nobisque mirantibus ad oratorium sancti Pauli se ferre praecepit. Quę ibi vota praecum vel quas³ persolverit actiones hymnorum, testis est dominus Iesus, cui supplicavit. Inde domum repetens die ipso gaudentibus cunctis ad officium misse processit et cum fratribus ad prandendum laetus discubuit. Diem magni triumphi Dei et hominis Iesu Christi festivo tripudio sollempnizavit ac demum quinto eiusdem festivitatis⁴ die roboratus apostolicis benedictionibus Romuleam urbem reliquit et per Italiam vadens, peragratis quoque Ligurie seu Emilie partibus, Gallorumque fines revisit et Cluniaco rediit⁵. Quia vero non ignarus erat tempus suę resolutionis iam instare, per novenos atque denos menses, quos istic superegit, ferventes in spiritali exercitio ultra vires duravit, quousque temporis a Domino prefixi die⁶ exemptus a vita pro dignis laboribus aeterna recipere meruit proemia.

2.

Auf fol. 124' beginnt der Planctus des Jotsald, auf den eine Reihe anderer Gedichte mit Miniumüberschriften auf Odilo folgen. Hier hat die Totenklage am Ende noch vier Hexameter mehr, als in den Drucken der Bibl. Cluniac. col. 329 und von Migne 142, col. 1043 ff. Es folgt ein Gedicht in elf Distichen an Souvigny, die Grabstätte des Majolus und Odilo, in gereimten Versen, von denen der Pentameter am Schluss die Anfangsworte des Hexameters aufnimmt. Das sich daran schliessende Epitaph Odilos enthält sechs Distichen. Den Schluss bildet wieder ein langes Klagegedicht von achtundzwanzig Tetrastichen; jede Zeile zählt acht Silben; von den Versen reimen sich je zwei oder auch alle vier. Nur in den Strophen 9 und 20 sind die drei letzten Verse durch reine Reime, der erste mit ihnen durch Assonanz ver-

1) Vit. Ambrosii auct. Paulino c. 45. 2) Cf. Hebr. 12, 7. 3) 'quę' hs. 4) 23. April. 5) 1047, Ende Mai — Anf. Juni. 6) 1049, 1. Jan.

bunden. In der Handschrift ist das Gedicht mit Noten versehen; mit jeder Strophe beginnt eine neue Zeile. Die Anfangsbuchstaben jeder derselben sind abwechselnd roth und grün bemalt. Wie aus den ersten Versen zu schliessen, rührt das Poem ebenfalls von Jotsald her, der an den von ihm verfassten Planctus anspielt. Die hier angeredeten Almannus und Andreas sind natürlich dieselben, die er am Schluss der grösseren Dichtung Odilos Fürsorge im Himmel empfiehlt. Der überaus warme und herzliche Ton lassen keinen Zweifel darüber, dass der Dichter unmittelbar nach dem Tode des Abtes die Leier ergriffen hatte, was namentlich auch aus Strophe 24 erhellt, aus der hervorzugehen scheint, dass derselbe noch nicht einmal bestattet war.

Ich lasse das bisher Unbekannte in der Reihenfolge der Handschrift folgen.

Planctus eiusdem monachi de transitu domni
Odilonis abbatis.

[Almannique¹ tui in votis² semper adesto]
Andream³ socium vitę mortisque fidelem
Commenda domino, Bernardi⁴ necne memento,
Nutritosque simul cunctos solita pietate
Consocia celo, refovebas quos miserando.

Ad⁵ villam Silviniacam⁶.

Silviniaca tuas cogor nunc reddere causas,
Incipiam laudes Silviniaca tuas.
Gaudia magna capis geminis suffulta columpnis,
Inclita christicolis gaudia magna capis.

1) Der Klosterprior von Cluny. Vgl. Gil. Vita Hugonis bei L'Huillier, 'Vie de Saint-Hugues', Paris 1888, p. 579. Ihm widmete neben Hugo Odilo seine Vita Maioli. — 'Almanni' auf Rasur. 2) Zuerst 'votis pie'; von ders. Hd. 'pie' gestrichen und wie oben verbessert. 3) Einen Mönch Andreas von Cluny finde ich in einem Briefe des Petrus Damiani (lib. VI, ep. 7) an die Mönche v. Cl. erwähnt, in wenig ehrenvoller Weise: 'Audiat hoc Andreas, qui nuper de contubernio vestrae sanctitatis egrediens, cum Ammonitarum rege foedus amicitiae contulit; et nunc per Romana moenia, tanquam rarus barba et detruncatus habitu, non sine David pudore discurrit'. — 'Andream socium' auf Rasur hs. 4) Wohl der Eleemosynarius, spätere Prior Bernard von Cluny. Vgl. Mab. Ann. Ben. V, p. 596. Jotsald nennt ihn lib. I, c. 14: 'quemdam fratrum suae (sc. Odilonis) senectutis baiulum, nomine Bernardum'. In hohem Alter als Prior wird er erwähnt Anfang d. XII. Jahrhunderts in den Mir. Petri Vener. (Bibl. Clun. col. 552) und in seinem Epitaph ebenda col. 1352. Ein Mönch Bernard wird dann Mir. S. Hugonis (Bibl. Clun. col. 447) erwähnt, hier mit den rühmenden Worten: 'Erat Cluniaci Bernardus quidam iustus, sanctus vir et timoratus, cui religio reverentiam comparaverat et nomen'. Ob beide identisch resp. welcher von beiden mit dem im Planctus genannten identisch ist, vermag ich nicht zu sagen. — 'Bernardi' auf Rasur. 5) 'A' hs. 6) Souvigny.

Moenia namque tua Maiolus condidit ampla
 Multiplicans opibus mēnia namque tua.
 Odilo post veniens eadem studiosus adornat,
 Ampliat et renovat Odilo post veniens¹.
 Se tibi consociat, cum sors extrema propinquet,
 Mors ubi dissotiat, se tibi consotiat.
 Odilo, dum moritur, non parva trophea resumis²,
 Accumulatur honos, Odilo dum moritur.
 Perstrepe, plaude satis, tantis decorata triumphis,
 His ornata viris, perstrepe, plaude satis!
 Psallite vos, monachi, sanctorum funere clari,
 Aurea vasa Dei, psallite vos monachi!
 Plaudite vos, populi, tantos meruisse patronos,
 Vocibus omnigenis, plaudite vos, populi!
 Caelitus huc veniat Domini benedicta potestas,
 Sanctificansque manus cęlitus huc veniat.
 Gloria magna patri maneat genitoque tonanti
 Sit laus spiritui, gloria magna patri!

Epitaphium ad sepulcrum domni Odilonis.
 Heu! quam confusum reddit sors ultima planctum!
 Maxima lux orbis hic iacet exanimis,
 Odilo vir sanctus, monachorum signifer almus,
 Nobilior cęlo clauditur hoc tumulo.
 Nascitur in mundo processu sanguinis alto
 Arvernisque rosam mittit odoriferam.
 Cęlitus attactum Maiolus hinc rapit illum
 Decedensque suis implicat officiis³,
 Quo sibi quam plures collegit commilitones
 Sub signis fidei, plenus amore Dei
 Occubuit, verus cum circumciditur agnus⁴,
 Et Domino niveam reddidit hinc animam.

1. Ad te namque, mi dilecte,
Nunc, Almanne clarissime,
Cogor planctum describere,
Qui te pungat assidue.
2. Te Andream consaluto
Et hoc carmen vobis mitto,
Quos agnovi præ omnibus
His mulceri doloribus.
3. Eia, fratres convenite,
Alternatim et lugete,

1) Ueber die Bauten in Souvigny vgl. Ach. Allier: 'L'ancien Bourbonnais' II, p. 148. 2) Hs. 'resummis'. 3) Vgl. Ringholz, Odilo p. 6.
 4) 1049, 1. Jan.

- Odilonem mundo raptum,
Magnum pignus et proprium.
4. Verba sonent lacrimosa,
Alta plangent suspiria,
Lugubres sint anhelitus
Atque profundi gemitus.
5. Solis splendor obscuratur,
Lune pallor variatur,
Astrorum fragor murmurat
Et cęli cardo titubat.
6. Terra, mare commoventur,
Dum a carne separatur
Odilo spes lætitię,
Magnum decus et glorię.
7. Cuius certa pulchritudo,
Cuius ampla magnitudo
Intellectum exuperat
Et sermonem debilitat.
8. Heu, quam gravis conditio,
Heu, quam męsta corruptio,
Brevis vitę iocunditas
Quid, nisi fallax vanitas!
9. Dum speratur pleno cornu
Possideri diutius,
Eva nescit, celerius
Et decipit crudelius.
10. O virorum dulcissime,
Pater patrum sanctissime,
Iam in magna tu requie
Vivas suppremo lumine!
11. Bonis eras tu iocundus,
Malis semper et timendus,
In te fervens iustitia
Et discreta clementia.
12. Vultus ipse mansuetus
Corporisque status gratus,
Tuis omnis suavibus
Rapiebas affectibus.
13. Huius mundi te potentes,
Reges simul et praesules,
Te divites et nobiles
Coluerunt et pauperes.
14. Quis non vellet Odilonis
Perfrui beneficiis,
Cuius vultum expeciit,
Quisquis adire potuit.

15. O quam sermo tuus dulcis,
O quam rectus, blandus, lenis!
Hinc terribas malivolos,
Hinc mulcebas benivolos.
16. Firmo corde retinebas
Hos subiectos, quos habebas,
Nullum tibi ab animo
Rapuerat oblivio.
17. Te denique meliores
Cunctos esse referebas.
Maior eras imperio,
Inferior obsequio.
18. Hunc tu fratrem nominabas,
Illum patrem praedicabas,
Universis adgaudebas,
Agnus interprocedebas.
19. Tamquam mater refovebas,
Tamquam pater diligebas,
Cum tristibus tristabaris
Et cum letis letabaris.
20. Et quid dignum de te loquar,
Cui Christus vita erat,
Cui mundus sorduerat,
Et spes fixa caelo stabat.
21. Vita tibi fastidium,
Mors erat desiderium.
Numquam tuus hic animus
Requiescebat penitus.
22. Ave, pater egregie,
Meae quaedam pars animae,
Nunc tecum occumbere
Satius est, quam et vivere.
23. Quis tam, ut tu me diliget,
Quis me dignum efficiet,
Tuis sterna cineribus
Et relevari precibus?
24. Iam animam salutamus,
Corpus terre commendamus,
Resumpturam mox spiritum,
Cum venit iudicium.
25. Tunc tu iustis relucebis
Et festivis apparebis,
Ut sol fulgens persplendens
Tenebris spretis omnibus.
26. Pio vultu contemplare
Tuum gregem et agnosce,

- Offer Christo familias,
 Quas adquisisti plurimas.
27. Illi te previum ducem
 Sequi possint et rectorem,
 Tu cum ipsis iocumderis
 Sanctorum contuberniis.
28. Iam tu, rex potentissime,
 Mortuorum iudex pie,
 Nobis fructum lætitiæ,
 Illi palmam da gloriæ. Amen.

 III.

Aus Necrologien.

1. Necrologium S. Vitoni Virdun.

Das Necrologium der Abtei St. Vannes bei Verdun ist bereits von Mabillon, und später von Clouet in seiner 'Histoire de Verdun' benutzt worden. Eine Abschrift desselben aus dem saec. XVIII besitzt die Pariser Nationalbibliothek in dem ms. l. nouv. acquis. 1417, das ich excerpiert habe. Es enthält sehr viele Namen aus dem Verduner Grafengeschlecht, das sich im 11. Jahrhundert durch Schenkungen um das von Abt Richard zu hoher Blüthe erhobene Kloster verdient machte, und war eine der Hauptquellen Hugos von Flavigny für die Geschichte dieser Personen. Die übrigen Eintragungen gehören ebenfalls meist dem 11. und 12. Jahrhundert an, doch reichen auch mehrere ins 9. und 10. zurück. Auf das Necrolog folgt die Aufzeichnung der Verbrüderungen, unter denen die mit St. Bénigne hervorgehoben zu werden verdient, dessen Bruderschaft wir auch im Todtenbuch verzeichnet finden, sowie die St. Vanner Congregation ihrerseits im Necrolog von St. Bénigne zu verfolgen ist. Den Schluss des Codex auf fol. 59 bilden Aufzeichnungen 'De diversitatibus anniversariorum'. Bemerkenswerth ist daraus, dass die Bischöfe Berengar und Richard, Abt Richard, Kaiser Heinrich II, die Grafen Hermann von Eenham und Friedrich von Verdun, Graf Lietard von Marcey, die Aebte Cono, Ludwig, Wilhelm und Stephan an ihren Gedenktagen besonders gefeiert wurden.

Kl. Ian.

 Fulcradus abbas sancti Pauli¹. — Theodericus comes, qui dedit nobis ecclesiam de Ametz et alodium de Morfontana².

1) Sed. 1123. 1126. 2) Ist jedenfalls der Graf Theoderich, der G. chr. XIII, instr. 561 'ecclesiam de Metionis' schenkt. Vgl. Hug. Flav. SS. VIII, p. 376.

III. Non. Ian.	Leduinus abbas sancti Vedasti ¹ . — Ida abbatissa sancti Mauri.
VIII. Id. Ian.	Venerande memorie dominus Fridericus monachus eius loci, ex comite conversus, frater Godefridi et Gozelini ducum, qui nobis Borracum contulit ² . — Milo abbas ³ .
V. Id. Ian.	Walerannus abbas ⁴ .
Id. Ian.	Anno DCCCXLVII obiit dominus Hilduinus Virduensis episcopus. Anno MCCXLVII translatum est corpus domini episcopi Dadonis a domino abbate Guillermo de ante altare sancti Remigii in presbiterio sumptuosi operis.
XIX. Kl. Febr.	Emmehildis comitissa, uxor domini Lietardi comitis ⁵ , qui Bailodium nobis dedit.
XVI. Kl. Febr.	Ludovicus comes ⁶ .
XV. Kl. Febr.	Adelbero archiepiscopus Trevirensis ⁷ . Wilhelmus episcopus Cathalaunensis ⁸ .
X. Kl. Febr.	Deposicio Pascalis pape, qui nobis dedit cellam Alzei curtis cum omnibus appendiciis suis ⁹ .
VIII. Kl. Febr.	Poppo abbas ¹⁰ .
VI. Kl. Febr.	Rogerus episcopus ¹¹ .
III. Kl. Febr.	Deposicio domini Gelasii pape ¹² .
X. Kl. Mart.	Depositio domini Honorii secundi venerabilis pape ¹³ .
V. Kl. Mart.	Godefridus iunior, dux et marchio ¹⁴ .
VIII. Id. Mart.	Raynaldus comes Barenensis ¹⁵ . Dominus Richerus ¹⁶ episcopus ecclesiae Virduensis, qui nobis tradidit bannum Arnulfi cortis et ea, que habenus apud Pauli crucem.
II. Id. Mart.	Riquinus comes ¹⁷ .
Id. Mart.	Teodericus comes.
V. Kl. April.	Anno domini millesimo nonagesimo nono

1) Gest. 1046. 2) Gest. 1022. Hs. 'Boriacum'. Vgl. Hugo Flav. II, c. 8. SS. VIII, p. 375 und unten S. 133 n. 1. 3) von Moyennoutier, gest. 1047. 4) von Homblières? 5) von Marcey. 6) Nach einer Urk. seiner Gemahlin Adelheid im unedierten Cart. v. St. Vannes (Cod. Paris. 5435, fol. 25') starb er 1025 eines gewaltsamen Todes. S. Epitaph Mab., Vetera anal. p. 380. 7) Gest. 1152. 8) 1113—1122. 9) 1118. 10) A. v. Stablo, gest. 1048. 11) R. II. v. Châlons s. M. 1043—1065. 12) 1119. 13) 1130. 14) Gotfried III., der Hückrige, gest. 1076. Vgl. Giesebrecht III, S. 1135. 15) Wohl R. II, dessen Gemahlin weiter unten aufgeführt wird (1150—1170). 16) 1089—1107. Im Cod. l. Par. 5435, fol. 37 wird seine Schenkung 'Marculfi cortis' genannt. 17) von Niederlothringen, Vater des Bisch. Udo von Toul?

	obiit Rodulfus abbas huius loci. Herimannus comes ¹ , qui nobis dedit ea, que habemus apud domnum Basolum.
III. Non. Apr.	Balduinus Iherosolimitanus rex ² .
III. Non. Apr.	Albertus comes ³ .
II. Non. Apr.	Philippus episcopus ⁴ .
Non. Apr.	Lietardus conversus.
VII. Id. Apr.	Ida abbatissa S. Mauri.
II. Id. Apr.	Anno dominice incarn. MCXXVIII translatum est corpus domni et venerabilis patris nostri abbatis Ricardi a criptis beate Marie virginis in capellam ⁵ sancti Nicolai confessoris, quam edificare fecit. Et tunc inventa fuit eius casula non corrupta.
XVIII. Kl. Mai.	Albertus episcopus Viridunensis et monachus huius loci ⁶ .
XIII. Kl. Mai.	Adelbero episcopus Viridunensis ⁷ .
VIII. Kl. Mai.	Rohardus abbas huius loci.
III. Kl. Mai.	Radulfus abbas, monach. sancti Vitoni ⁸ . Teodericus Viridunensis urbis episcopus, qui dedit nobis altaria nostrarum ecclesiarum, que sunt in hoc episcopio, et bannum in monte sancti Vitoni ⁹ .
III. Kl. Mai.	Raymbertus episcopus Viridunensis ¹⁰ . Anselmus ¹¹ , Cantuariæ archiepiscopus. Teogerus Mettensis episcopus ¹² .
II. Kl. Mai.	Heymo episcopus Viridunensis, qui nobis dedit, quod habemus apud Masmelli pontem, et mercatum in monte sancti Vitoni habendum constituit ¹³ .
III. Non. Mai.	Iohannes de S. Desiderio, episcopus Viridunensis ¹⁴ . Herimannus Metensis episcopus ¹⁵ .
Non. Mai.	Translatio Hildini et Hattonis Viridunensium pontificum.
XVII. Kl. Iun.	Hadvidis ¹⁶ abbatissa.
XV. Kl. Iun.	Dominus Gelduinus, pater domini abbatis

1) Sohn Hermanns v. Enham? 2) Balduin I. gest. 1118. 3) Albert I. v. Dachsburg. 4) B. v. Châlons s. M. 1095—1100. 5) Hs. 'capella'. 6) 1156—1163. 7) II, 985—988. 8) Gest. 1099. 9) 1046—1089. 10) 1024—1038. 11) Abs. 'Amelinus' verlesen. 12) 1118—1120. 13) 978—1024. Abschr. 'Masnielli'. Vgl. Hugo Flav. II, c. 16. SS. VIII, p. 392: 'Masmelli pontem eidem contulit mercatumque in suburbio, qui eidem coenobio adiacet, habendum constituit'. 14) 1371—1375. 15) 1073—1090. 16) v. St. Peter (c. 960) oder St. Glodesindis v. Metz (c. 1180, 1186)?

	Waleranni, conversus et monachus, qui plurima nobis contulit ¹ . Fredericus dux ² .
XIII. Kl. Iun.	Lietardus ex comite ³ conversus, qui nobis, quod habemus apud Baylodium, contulit et dona auri et argenti preciosa, monach. sancti Vitoni.
VIII. Kl. Iun.	Domina Matildis comitissa ⁴ digne memorabilis, que locellum nostrum honestavit auri et argenti donariis et prediis.
VI. Kl. Iun.	Fridericus, Leodiensium episcopus ⁵ .
V. Kl. Iun.	Anno inc. dom. MXXIX obiit pie memorie dominus Herimannus ex comite conversus, qui pre cunctis mortalibus locum hunc ditavit suis donis et possessionibus ⁶ .
II. Kl. Iun.	Adalbertus, frater domini abbatis Richardi. Henricus Leodiensium episcopus ⁷ .
VIII. Id. Iun.	Anno domini M ^o septuagesimo octavo obiit Grimoldus abbas huius loci.
Id. Iun.	Harduinus frater domini abbatis Waleranni.
XVIII. Kl. Iul.	Anno inc. dom. M ^o quadragesimo sexto obiit pie recordationis dominus et venerabilis abbas Richardus, qui locum nostrum monastica religione insignivit, fundis et redditibus, ecclesiasticis quoque utensiliis ditavit, donis fidelium sublimavit, multorumque cenobiorum institutor et rector. Anno ordinationis sue quadragesimo secundo, introductionis autem monastice in nostro cenobio facte a domino Berengario pontifice anno nonagesimo quinto discessit a seculo.
XVI. Kl. Iul.	Imma, uxor Herimanni comitis ⁸ .
XI. Kl. Iul.	Ebalus archiepiscopus Remensis ⁹ .
VIII. Kl. Iul.	Ermensindis ¹⁰ comitissa Namucensis, que cum viro suo, nobili comite Alberto, celam montis sancti Martini cum omnibus suis nobis contulit et sua cartha confirmavit.

1) S. Epitaph Mab. Vet. an. p. 380. 2) Friedrich II. Vgl. Bresslau, Konrad II, II, 72 n. 4. 3) Gf. v. Marcey, Verwandter Konrads II. S. Epit. Mab. Vet. An. p. 380. 4) Gemahlin Hermanns von Eenham. Epit. Mab. Vet. an. p. 380. 5) 1119—1121. 6) Folgt eine Aufzählung s. Schenkungen an St. Vannes, die ich auslasse. Vgl. Stumpf 1832. S. Epit. Mab. a. a. O. 7) 1076—1191. 8) Sohn Hermanns von Eenham? Vgl. Hirsch, Heinrich II, I, p. 334. 9) 1021—1033. 10) Tochter des Grafen Konrad II. v. Luxemburg; 1. Gem. Albert v. Dachsburg, 2. Gotfr. v. Namur, gest. 1143.

- VI. Kl. Iul. Anno domini M^o sexagesimo obiit dominus Wallerannus abbas huius loci, ex comite conversus.
- VIII. Id. Iul. Eugenius papa tertius, qui sanctum Vitonum transtulit in feretro novo¹.
- V. Id. Iul. Anno domini octingentesimo vicesimo tertio obiit Herilandus episcopus Virdunensis.
- III. Id. Iul. Henricus imperator², qui hunc locum preciosis donariis ditavit.
- Id. Iul. Iohannes archiepiscopus Treverensis, qui dedit nobis altare de Bailodio³.
- XVI. Kl. Aug. Godefridus Iherosolimitanus rex⁴.
- XV. Kl. Aug. Fridericus comes Tulensis⁵.
- XII. Kl. Aug. Iohannes abbas huius loci⁶.
- X. Kl. Aug. Radulfus Remensis archiepiscopus⁷.
- VIII. Kl. Aug. Albertus episcopus Virdunensis⁸, qui dedit nobis altare de Bulainville. — Walterus miles, frater domini abbatis Richardi.
- VIII. Id. Aug. Hugo episcopus Lingonensis⁹.
- VII. Id. Aug. Agnes comitissa Barenensis¹⁰.
- II. Id. Aug. Anno incarnationis dom. nongentesimo quinquagesimo nono obiit recolendae memorie dominus Berengarius episcopus Virdunensis et monachus, nobilis institutor huius loci, qui eiectis clericis hoc in loco monachos introduxit, ad quorum victum dedit abbaciam sancti Amancii cum Scancia etc. — Et etiam pro eiusdem episcopi anniversario prior Flaviniaci debet nostre pitancie XL solidos quolibet anno persolvere.
- X. Kl. Sept. Richardus comes¹¹.
- Albertus comes Dasburgensis¹², qui nobis cellam sancti Martini cum omnibus appendiciis suis dedit.
- II. Kl. Sept. Wicfridus episcopus Virdunensis, qui inter cetera bona, que tradidit, Ravandi mansum sancto Firmino contulit¹³.

1) 1147. Vgl. An. S. Vitoni. 2) II. 3) 1190—1212. 4) Gottfrid v. Bouillon. 5) Vgl. über ihn Steindorff, Heinrich III, II, S. 20. — Laurent. gesta Vird. c. 3, SS. X, 493. 6) Joh. I, 1281—1286. Vgl. Gallia chr. XIII, col. 1300. 7) 1106—1124. 8) 1186—1208. 9) 1016—1031. 10) Gem. Reinalds II. (1150—1170.) 11) Richard I. von d. Normandie. 12) Gest. 1098. 13) Vgl. Hugo Flav. I. a. a. O. p. 367: 'Hic etiam inter cetera bona Ravandi mansum sancto Firmino contulit'. Die Abschr. hat 'Ranaudi'.

III. Non. Sept.	Godefridus comes, pater ducis Gozelonis, qui nobis Borracum dedit ¹ .
V. Kl. Oct.	Godefridus dux ² , frater Gocelonis ducis, qui nobis in Beurunes IX mansos dedit, suaque superlectile monasterium hoc admodum locupletavit ³ .
III. Non. Oct.	Heinricus tercius, imperator catholicus et religiosus. — Dada comitissa ⁴ , que dedit nobis ecclesiam de Bedani cum duobus mansis, ad novam villulam XV mansos, et alodium, quod vocatur Amblivium et ad Clarisellum mansos duos et ad Lavanam duos.
Non. Oct.	Anno dom. nongentesimo vicesimo obiit Dado episcopus Virdunensis. — Hugo archiepiscopus Lugdunensis ⁵ .
VIII. Id. Oct.	Anno dom. M ^o quarto obiit dominus Fingenius abbas huius loci.
XVIII. Kl. Nov.	Godefridus comes ⁶ et Henricus comes Barenensis ⁶ , qui nostre ecclesie devotus extitit et Ugo frater eius.
XII. Kl. Nov.	Godefridus ⁷ , filius Herimanni comitis, pro cuius anima date sunt nobis due ecclesie, una, que vocatur Gengeavia, alia Ham, ab ipso comite nobis tradite.
VII. Id. Nov.	Anno dom. MXLVI obiit dominus Richardus episcopus Virdunensis, qui nobis alodium suum videlicet Baronis curtem ⁸ cum servis et ancillis contulit et quod habemus ad Domnam Mariam.
XI. Kl. Dec.	Eremboldus frater domini abbatis Richardi.
IX. Kl. Dec.	Pibo episcopus Tullensis ⁹ .
V. Id. Dec.	Iohannes episcopus Metensis ¹⁰ .
III. Id. Dec.	Hilradus comes, pater domini Richardi

1) Gotfried I. Vgl. Hugo Flav. a. a. O. p. 375: 'Godefridus comes pater Borracum dedit'. 2) v. Niederlothr. Gest. 1023. Vgl. Bresslau, Jahrb. Heinr. II, III, S. 266. 3) Vgl. Hugo Flav. II, c. 8 a. a. O.: 'Godefridus dux Gozelonis frater ibidem sepultus, 20 mansos in Beurunes dedit et sua suppellectile locum admodum ampliavit'. 4) Sie ist die Gemahlin d. Grafen Manasse, der 1037 bei Bar fiel (vgl. Hugo Flav. a. a. O. p. 401), nach einer Urk. v. 1027 im Cart. de St. Vannes, Bibl. Nat. l. 5435, fol. 21. 5) Gest. 1106. 6) Heinr. I.(?) 1170—1191. 7) Ist der uneheliche Sohn dieses Namens. Die Ortsnamen sind in der Abschrift 'Hani' und 'Gengeania' verlesen. Vgl. Hugo Flav. II, c. 8: 'Dedit etiam pro anima filii Godefridi ex concubina nati, in claustrum tumulati, non tamen iuxta fratres et patrem, duas aecclesias, quarum una dicitur Ham, alia Gengeavia'. 8) Nach Hugo Flav. II. c. 9, p. 376 gab das schon sein Vater. 9) 1070—1107. 10) 1224—1238.

- episcopi, qui nobis tradidit, que¹ habemus apud Bolrourum et ad Theonis cortem² cum servis et ancillis, et silvam speciosam.
- XIII. Kl. Ian. Adelardus, abbas huius loci, qui nobis multa bona contulit et ea, que habemus apud Habonis cortem.
- IX. Kl. Ian. Godefridus, dux et marchio³, filius ducis Gozelonis, qui nobis dedit ecclesiam de Viviers, pro se et pro patre suo duce Gozelone.
- VII. Kl. Ian. Rogerus episcopus⁴.
V. Kl. Ian. Teodericus dux⁵.
Teodrada mater domini Richardi abbatis.
- III. Kl. Ian. Gislebertus comes.
- II. Kl. Ian. Anno domini octingentesimo septuagesimo obiit domnus Berhardus huius urbis episcopus.

2. Necrologium Epternacense.

Das Necrologium Epternacense nimmt in dem Cod. Paris. lat. 10158, der mit einer exegetischen Arbeit beginnt, die Blätter 5—107 ein. Bis auf die ersten 5 Blätter, fol. 5—9 und fol. 107, die erst dem 15. Jahrhundert angehören, ist das Necrolog im 12. Jahrhundert geschrieben. Anfang und Schluss waren offenbar verloren gegangen. Es fehlen mithin auch in diesen später zugefügten Blättern die ursprünglich zwischen dem 12. und 15. Jahrhundert erfolgten Eintragungen. Das Necrolog ist so angelegt, dass zuerst von einer Hand das Martyrologium geschrieben wurde, indem man zwischen den einzelnen Tagen Platz genug für spätere Nachträge liess. Die ersten Namen, die sich auf eine frühere Zeit beziehen, sind in einem Zuge geschrieben, dann unterscheidet man aber im Einzelnen die Schriftgattungen der folgenden Jahrhunderte. Auf das Necrolog folgt fol. 108—136 die Benedictinerregel; auf fol. 108 mit sehr schönen Initialen das 'Ausculta o fili'; darüber ist ein Brief Hadrians IV., Jaffé-Löw. Reg. nr. 10014 eingetragen, ferner verschiedene Aufzeichnungen über Verbrüderungen. Fol. 131 ist leer geblieben. Die letzten Blätter 131—136 gehören erst dem saec. XV an. Im Folgenden gebe ich die wichtigeren Namen aus dem Necrolog, die begreif-

1) Abs. 'qua'. 2) Diese Schenkung 'Gesta ep. Viridun.' c. 10, SS. IV, p. 51 Bischof Richard zugeschrieben. 3) Gemahl der Beatrix v. Tuscien. 4) R. III. v. Châlons s. M. 1066—1093. 5) Von Oberlothringen; nach Necrol. S. Michael. gestorben 2. Januar (1027), vgl. Bresslau, Jahrb. Konrads II. Bd. I, 202.

licher Weise zumeist Geistlichen der Trierer Kirchenprovinz angehören. Nicht identisch mit dem unsrigen sind das *Necrologium*, aus welchem Reiffenberg, *Monum. de Namur VII*, p. 210—212 Auszüge giebt, und das zwischen 1511 und 1528 angelegte Obituar von Echternach, welches Peters in den 'Publications de la section histor. de l'institut de Luxembourg' XXVII (nouv. sér. V) 1873, p. 140 ff. veröffentlichte.

VIII. Kl. Febr.	Poppo ¹ abbas Stabulensis cenobii.
VII. Kl. Febr.	Ugo ² abbas S. Maximini.
III. Kl. Febr.	Walerannus comes.
III. Id. Febr.	Widricus abbas sancti Apri ³ .
II. Id. Febr.	Nithardus abbas sancti Luitwini et Thiotfridus presbiter et monachus Glandariensis et Heremannus archiepiscopus Colonię ⁴ .
XV. Kl. Mart.	Cuonradus rex ⁵ .
XIII. Kl. Mart.	Cunradus factus est abbas sancti Maximini ⁶ .
XII. Kl. Mart.	Florentius abbas S. Cornelii in Inda ⁷ .
XI. Kl. Mart.	Walo abbas sancti Arnulfi ⁸ .
X. Kl. Mart.	Cunradus abbas Glandariensis cenobii.
VI. Kl. Mart.	Albertus abbas sancte Marie in lacu ⁹ .
III. Kl. Mart.	Emmehardus Wyzenburgensis episcopus ¹⁰ , frater noster.
II. Kl. Mart.	Winricus abbas presbiter ¹¹ . — Heinricus Bawariorum dux ¹² .
VI. Non. Mart.	Eberardus abbas sancti Eucharii ¹³ .
Non. Mart.	Heinricus ex palatino comite conversus et monachus nostre congregationis ¹⁴ .
VIII. Id. Mart.	Heimericus presbiter et abbas sancti Pantaleymonis ¹⁵ .
VI. Id. Mart.	Widricus abbas sancti Apri ¹⁶ .
V. Id. Mart.	Gundelaus pie memorie Wizenburgensis cenobii abbas ¹⁷ .
IV. Id. Mart.	Domnus Godefridus pie memorie abbas nostre congregationis sanctique Eucharii ¹⁸ .
XIV. Kl. April.	Arnoldus comes nostre congregationis frater et Everardus abbas sancti Apri ¹⁹ .

1) Gest. 1048. 2) 945 Bischof von Lüttich. 3) Der zweite oder dritte Abt dieses Namens. 4) H. II. von 1036—1056. 5) Konrad III. 6) Graf Konrad, der die Abtei von Ludwig dem Kinde erhielt. 7) I. oder II. 8) von Metz c. 1099. 9) Gest. 1217. 10) Emehard v. Würzburg 1088—1105. 11) Von St. Maximin, 1016—1018 nachzuweisen. 12) Heinrich v. Luxemburg, gest. 1026. Vgl. Bresslau, *Konr. II.*, I, 193. 13) Eberhard von Kamberg, gest. zwischen 1129 und 1136 (*Gallia chr. XIII*, col. 546). 14) Heinrich I.? 1045—1061. 15) ? 1066 (Vgl. *SS. III*, p. 738). 16) I, 1036. 17) 1182 nachzuweisen. 18) Gest. 1210. 19) I. (1083, 1085, 1086)? II. (1136)?

XII. Kl. April.	Christianus abbas de sancto Pantaleone ¹ .
X. Kl. April.	Stephanus presbiter et abbas Wizenburgensis cenobii ² .
III. Non. April.	Domnus Thiofridus beate memorie presbiter et abbas nostre congregationis ³ .
VII. Id. April.	Ludolfus Treverensium archiepiscopus ⁴ .
II. Id. April.	Winricus presbiter et abbas Indensis cenobii ⁵ .
XVII. Kl. Mai.	Eberardus Trevirorum archiepiscopus, noster frater ⁶ .
XVI. Kl. Mai.	Otto comes frater noster ⁷ .
XIV. Kl. Mai.	Hagano abbas sancte Marie ⁸ .
X. Kl. Mai.	Gumbertus presbiter et abbas Lintburgensis cenobii ⁹ .
VII. Kl. Mai.	Iohannes presbiter abbas sancti Symphoriani ¹⁰ . — Bruno archiepiscopus Treverensis ¹¹ .
II. Kl. Mai.	Stephanus abbas Luxoviensis ¹² .
V. Id. Mai.	Eodem die sancti Maioli abbatis ¹³ .
II. Id. Mai.	Folemarus presbiter et abbas Wizinburgensis cenobii ¹⁴ .
II. Id. Iun.	Sigefridus presbiter et abbas Gorziensis cenobii ¹⁵ .
XVI. Kl. Iul.	Poppo Treverorum archiepiscopus ¹⁶ .
V. Kl. Iul.	Walerannus presbiter et abbas sancti Vitoni ¹⁷ .
Kl. Iul.	Geila comitissa, soror nostra.
VI. Non. Iul.	Heinricus rex ¹⁸ .
V. Non. Iul.	Heinricus archiepiscopus noster beatę recordationis ¹⁹ .
II. Non. Iul.	Odilia, filia comitis Cuonradi.
VIII. Id. Iul.	Heinricus episcopus et monachus sancti Michahelis ²⁰ .
V. Id. Iul.	Iohannes presbiter et abbas sancti Maximi ²¹ .
II. Id. Iul.	Heinricus imperator ²² .

1) Gest. 998 oder 1001. 2) 1104 nachzuweisen. 3) 1081—1110. 4) 994—1008. 5) 1064—1084. 6) 1047—1066. 7) Wohl Otto I. von Luxemburg, Sohn Hermanns von Salm, gest. 1150, oder s. Sohn Otto d. Jüngere, gest. 1149. 8) St. Maria ad Martyres, genaue Amtszeit unbekannt, Ende des XI. Jahrb. Vgl. Gallia chr. XIII, col. 567. 9) Der Nachfolger Johans, des Neffen Poppos v. Stablo. Vgl. Ladewig, Poppo v. Stablo S. 83. 10) Von Metz? 11) 1102—1124. 12) 1139, 1144 (Gall. chr. XV, col. 153). 13) Abt v. Cluny, gest. 994. 14) Gest. 1043. 15) Gest. 1055. 16) 1016—1047. 17) Gest. 1060. 18) Heinrich I. 19) 956—964, von Trier. 20) Wohl Heinrich I. oder II. von Verdun. 21) Poppos Nachfolger. Vgl. Ladewig a. a. O. S. 82. 22) Heinrich II.

XVII. Kl. Aug.	Widradus abbas Voldensis cęnobii ¹ .
XVI. Kl. Aug.	Thietfridus diaconus abbas sancti Maximi ² .
XIV. Kl. Aug.	Wibaldus pie memorie presbiter et abbas Stabulensis simul et Corbeiensis ³ .
II. Kl. Aug.	Obiit Bezelinus comes ⁴ .
II. Non. Aug.	Obiit Benedictus presbiter et abbas sancti Arnulfi ⁵ .
VII. Id. Aug.	Heinricus quartus imperator nostre congregationis frater.
II. Id. Aug.	Domnus Humbertus predicandę memorię presbiter et abbas et constructor sanctę religionis huius loci ⁶ .
XIX. Kl. Sept.	Domnus Ravangerius pię memorię presbiter et abbas nostrę congregationis ⁷ .
XVIII. Kl. Sept.	Folcmarus sacerdos et abbas sancti Maximi ⁸ .
XII. Kl. Sept.	Obiit Immo presbiter et abbas Gorziensis cęnobii ⁹ .
XI. Kl. Sept.	Gundradus presbiter et abbas sancti Eucharii ¹⁰ .
X. Kl. Sept.	Herimannus comes nostrę congregationis frater ¹¹ .
VIII. Kl. Sept.	Ruopertus presbiter et monachus sancti Maximini, abbas sancti Eucharii ¹² , et Theodericus presbiter et abbas sancti Huperti ¹³ .
VI. Kl. Sept.	Sigehart presbiter et abbas sancti Eucharii ¹⁴ .
V. Kl. Sept.	Fridericus pacificus dux ¹⁵ nostre congregationis frater.
VIII. Id. Sept.	Adalbertus abbas de sancto Unperto ¹⁶ .
IV. Id. Sept.	Bern presbiter et abbas sancte Marie ¹⁷ .
II. Id. Sept.	Herebertus abbas de sancto Vincentio ¹⁸ .
XVI. Kl. Oct.	Lambertus presbiter et abbas sancti Laurentii ¹⁹ . — Everardus presbiter et abbas eiusdem monasterii ²⁰ .

1) 1060—1075. 2) 967—983. 3) Gest. 1158. 4) Wohl Bezelin von Bidburg, Graf im Bidgau, nachweisbar 1039 ff.; vgl. Bresslau, Jahrb. Konrads II. Bd. II, 483 n. 3. 5) Gest. 1024. 6) 1028—1051. 7) 971—1007. 8) Nach 996, vgl. Bresslau, Westdeutsche Zeitschr. f. Gesch. u. Kunst V, 59. 9) Todesjahr unbekannt. Er ist der Vorgänger Wilhelms v. Dijon. 10) Todesjahr unbekannt. Ende des X. Jahrhdts. 11) Wohl aus dem Hause Salm. 12) Gest. 1074. 13) Theoderich I. v. St. Hubert. 14) Identisch mit Siboto? Vgl. Gallia chr. XIII, 54. 15) Friedrich von Niederlothringen 1046—1065. Vgl. Steindorff, Jahrb. Heinr. III., I, S. 295 N. 2. 16) Adalbert II. (1033). 17) Ende d. XI. Jahrh. 18) c. 1048. 19) Gest. 1069. 20) Gest. 1070.

XII. Kl. Oct.	Heremannus palatinus comes nostre congregationis frater ¹ .
VIII. Kl. Oct.	Stephanus ² presbiter et abbas Prumiensis cenobii et Hildericus ³ abbas eiusdem monasterii et Adelardus abbas de sancto Trudone ⁴ .
IV. Kl. Oct.	Heinricus imperator frater nostre congregationis ⁵ .
III. Non. Oct.	Heinricus tertius imperator nostre congregationis frater.
X. Kl. Nov.	Fridericus diaconus et abbas sancti Unperti ⁶ .
VI. Kl. Nov.	Sigefridus comes.
III. Non. Nov.	Nanterus abbas sancti Martini ⁷ .
VI. Id. Nov.	Uroldus pię memorię abbas nostre congregationis ⁸ .
XIX. Kl. Dec.	Adalbero Metensis episcopus beatę memorię noster frater ⁹ .
XIV. Kl. Dec.	Henricus comes ¹⁰ .
XIII. Kl. Dec.	Warinus presbiter et abbas sancti Arnolfi ¹¹ .
Non. Dec.	Lotharius tercius imperator frater noster.
III. Id. Dec.	Domnus Reginbertus dignus ęterna memoria presbiter et abbas ac professus nostre congregationis ¹² .
XIX. Kl. Ian.	Adalbero Metensis episcopus ¹³ et Folcmarus presbiter et abbas sancti Maximini ¹⁴ .
X. Kl. Ian.	Cunradus rex ¹⁵ .

IV.

Ein Diplom Heinrichs III.

Heinrich III. bestätigt den Besitz des Canonikerstifts St. Maria Magdalena zu Verdun.

1040, Juni 16.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Heinricus Dei gratia Romanorum rex. | Si antecessorum nostrorum pia facta

1) Hermann von Gleichberg 1061—1085? 2) Aus der Familie v. Sassenburg. 3) Wohl identisch mit Hildradus, gest. 1021. 4) Adelardus I. 1033/34. 5) Heinrich VI. 6) 942. 7) v. Metz, 1033 nachzuweisen. Vgl. Bresslau, Konr. II., II, S. 77, 483. 8) 1032 oder 1033. 9) A. III., 1047—1072. 10) v. Luxemburg. 11) Gest. 1050. 12) 1081. 13) II. 984—1005. 14) Gest. 1105? 15) Konrad I.

erga ecclesias Dei confirmare et corroborare studuerimus, nobis id regnique nostri statui profuturum minime dubitamus. Quapropter noverit omnium Christi nostrique fidelium universitas | qualiter ob¹ petitionem Ricardi² Virdunensis aecclesiae presulis, locum in honore sanctae Mariae Magdalenae ab antiquioribus constructum, sed modo suffragante operosa fidelium devotione a quodam suae dioceseos clerico Ermenfrido nomine renovatum, primitivo quoque³ renovationis eiusdem⁴ tempore patris sui Heizelini comitis, suis etiam postmodum opibus non modica ex parte cremenatum, nostra corroboratione confirmare velimus, ut ab antecessoribus nostris domno Heinricho⁵, genitore quoque meo Conrado⁶ imperatoribus comperimus esse iam factum. Certum est enim, priusquam episcopalis gradum sortiretur honoris, locum illum precipue pro salute animae suae coluisse et in multis loci indigentiam sustentasse, ut cum illo fratre reedificatore et socius esset in labore et particeps in retributione. Unde et in die suae ordinationis, licet cum aliis eiusdem episcopii monasteriis etiam illud sibi iure cessisset, tamen prior reedificator, quia videbat eum, ut semper optavit, pontificali honore sublimatum et, ut tali patrono in omnibus bonis locus augmentaretur, coram archiepiscopo Trevirense Popone et Mettensi episcopo Teoderico et ceteris sanctae Dei aecclesiae fidelibus super his se abalienavit ipsique in praesens reddidit. Quapropter eidem petenti decet nos adquiescere et bona ipsius aecclesiae regiae dignitatis positione corroborare, videlicet alodium de Beroldi curte⁷ cum familia aliisque appenditiis, quod in primis eius pater comes Heizelinus eidem loco tradidit; alodium etiam de Orna⁸ cum vinea et familia et molendinis, aquis aquarumque decursibus, pratis, campis, cultis et incultis, quae idem Ricardus suiue heredes eidem aecclesiae contulere; aliud quoque beneficium, quod similiter ad Ornam dicitur, cum familia et banno aliisque appenditiis ab Heimone siquidem bonae memoriae episcopo, duo molendina subtus monasterium sita et circa eadem alodium, quod erat sancti Mauricii, per concambium adquisitionum, et piscariam de novo ponte usque ad vadum sancti Pauli atque teloneum portarum et rasalis modii ipsius civitatis, et unum clibanum in macello, aliasque mansuras Nova villa, duo molendina cum manso uno et familia; aecclesiam Braconis villare, quam noviter ipse Ermenfridus construxit; aecclesiam de Molinis, Valentiae, Scarponne, mansos III vineatos cum aliis

1) Clouet: 'ad'. 2) Clouet: 'Richardi'. 3) Clouet: 'et primitivo'.
4) Fehlt bei Cl. 5) Diese Urkunde bis jetzt unbekannt. 6) Stumpf 1893. 7) Clouet bemerkt: 'peut-être Merancourt'. 8) Vgl. Gesta ep. Virdun. SS. IV, 51 not.

appenditiis; Duosam curtem cum suis omnibus, in villa quae Fermerci dicitur mansos III et dimidium cum silva et banno et familia; Betolonis villa mansum I et aliam terram adquisitam cum silva; aecclesiam Moaldi villae cum villa et familia; Balceias V quarteria et in urbe et extra alias mansuras cum arabili terra, et vineam, quam plantavit idem Ermenfridus in terra a fratribus maioris monasterii concambio adquisita; in Ardenna alodium ab Ermenfrido acquisitum Campis nominatum cum familia, quae ei dederunt Conradus imperator et Gisela imperatrix; aecclesiam Molenivillae, quam imperator Henricus a duce Gotefrido impetratum ibidem concessit et vineam apud eandem villam cum aliis appenditiis; alodium de Rasengis cum familia, pratis, campis, silvis et duobus molendinis, quod dedit eidem aecclesiae Guota per manus mariti sui Gotefridi ducis; predium Haldonis curte cum silva a fratribus Montefalconis mutuatum de alio predio Genalt; aecclesiam de domno Petro cum alodio et familia et molendinis, quod Ermenfridus de proprio adquisivit; apud Gisindi curtem quoddam molendinum contra Adelardum canonicum per precariam acquisitum cum alodio eidem pertinente molendino; preterea aecclesiam de Elisia cum villa et familia; alodium de Stabuletis, aliud etiam de Ionvilla, quae dedit ibi Adelaidis comitissa; aecclesiam de Ramberti curte; medietatem aecclesiae de Elna cum alodio; aecclesiam de Haimonis monte dimidiam, quam ipse per precariam a Brunone clerico adquisivit; alodium de Solleio cum tribus partibus aecclesiae, et partem aecclesiarum Eremberti curte et Cusantia cum alodio; alodium de Occa, aecclesiam de villa cum alodio; apud Montiniacum duos mansos et dimidium et apud Vulsopiam partem aecclesiae per hanc nostrae auctoritatis paginam concedimus atque confirmamus, ea videlicet ratione, ut eiusdem monasterii fratres dehinc liberam habeant de supradictis omnibus potestatem, quicquid eis placuerit, ad usum aecclesiae faciendi, omnium hominum regni nostri contradictione remota. Et ut haec nostra auctoritas stabilis et inconvulsa omni permaneat evo, hoc preceptum manu propria roborantes, sigilli nostri iussimus impressione insigniri.

Signum domni Henrici tertii (M) regis invictissimi. (L. S.)

Theodericus cancellarius vice Pardonis archicancellarii recognovi.

Data XVI. Kl. Iul. ind. VIII. anno dominicae incarnationis millesimo quadragesimo, anno autem domni Henrici regis tertii ordinationis XIII. regni II. Actum Mettis feliciter amen.

Bibl. Nation. Collect. Moreau XXII, 245. Der Copist bemerkt dazu: 'L'original est écrit sur un parchemin, qui a un

piéd six pouces neuf lignes de largeur; sur un piéd onze pouces huit lignes de hauteur; non compris le replis, qui porte trois pouces au plus large; car il n'est pas égal. Le sceau de l'empereur est perdu, il ne reste qu'une ouverture en forme de croix dans le parchemin, qui servoit à l'attacher'. Ein kurzes Excerpt aus dieser Urkunde, dessen Varianten angegeben sind, bei Clouet, Hist. de Verdun II, p. 53. Danach verzeichnet bei Stumpf 2186^a.

•